Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nigratus et iudices duces ⁊
tyranni. et optimates qui
erat in prouincia constituti. et omni
uersi principes regionis. ut
conuenirent ad dedicandam quę sta
tue quam erexerat nabuchodo
nosor rex. Erabat autem in con
spectu statue quam posuerat
nabuchodonosor rex. et pro
clamabat valenter. Vobis
dicitur populis et tribubus. et
linguis. in hora qua audie
ritis. sonitum tube et fistule ⁊
cytharę et sambucę et psalte
rij et symphonię ⁊ omnis gene
ris musicorum cadentes adora
te statuam auream quam constitu
it nabuchodonosor rex.
Siquis autem non prostratus ad
orauerit eadem hora mittet
in fornacem ignis ardentis. Post
igitur statim ut audierunt omnis
populi sonitum tube fistule et cy
thare sambuce et psalterij
et symphonie. et omnis generis
musicorum. cadentes omnes populi
et tribus et linguę adorauerunt
statuam auream quam constitu
erat nabuchodonosor rex.
Statimque in ipso tempore accedentes
uiri caldei accusauerunt
iudeos. Dixerunt nabucho
donosor regi. Rex in eternum
viue. Tu rex posuisti decretum.
ut omnis homo qui audierit
sonitum tube fistule cythare sam
buce et psalterij et sympho
nie omnis generis musicorum pro
sternet se et adoret statuam au
ream. Siquis autem non prostratus
adorauerit. mittetur in fornacem
ignis ardentis. Sunt ergo viri
iudei quos constituisti super opa
regionis babilonie. sidrach
misach et abdenago. viri isti
contempserunt decretum tuum. Deos
tuos non colunt et statuam auream
quam erexisti non adorant. Tunc
nabuchodonosor rex in furore
et ira precepit. ut adducerentur sy
drach misach et abdenago.
Qui continuo adducti sunt
in conspectu regis. pronunciansque
nabuchodonosor rex. Vere ne
sydrach misach et abdenago.
deos meos non colitis. ⁊ statuam
auream quam constitui non adoratis.
Nunc ergo si estis parati qua
cumque hora audieritis sonitum
tube fistule et cythare sambu
ce psalterij symphonie ⁊ omnis
generis musicorum prosternite
vos et adorate statuam auream
quam feci. Quod si non adoraueritis
eadem hora mittemini in fornacem
ignis ardentis. Et quis est deus
qui eripiat vos de manu mea.
Respondentes sydrach misach et
abdenago. dixerunt nabucho
donosor regi. Non oportet nos